



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

74 Idem, quod supra num: 51.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

Nam dicebatur noli flere, *Luc. cap. 7.* & mulieribus ad Calvariam montem Dominum ipsum jam jam moriturum comitantibus Filia Hierusalem nolite, inquit, flere super me, *Luc. c. 22.*

70 Mors animæ ꝑ potius deſtenda, quam corporis, quæ miſerè moritur ob peccatum commiſſum, quo nihil turpius, nil triftius, nil magis metuendum reperiri poteſt Carp. Paleot, *ibidem exemp. 4.* ita, ut etiam corporalis mortis cauſa extiterit, dicente Apoſtolo, per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors *ad Rom. cap. 5,* ad quod, & illud facit Biantis Philoſophi, qui, ꝑ rogatus, quod genus mortis malum eſſet, quod, inquit, legibus eſt conſtitutum, ſentiens, eam mortem malam eſſe, & delendam, quam delictis turpiter, & ignominioſè promeruimus, & debitum liſtori, ac carnifici præſtamus officium, & illorum mortem eſſe deplorandam, qui ob malefacta dant poenas, *ad Paul. Manut. in Apophteg. in Socrate lib. 3, num. 53,* cui optimæ conferunt, quæ ſcripſit Macrobius, *in ſom. Scip. capit. 13, ant. ſn. lib. 1,* quæ omnia intelliguntur de exceſſu in morte deſunctorum.

72 Laudabilis verò mos ꝑ ubi eſt, ut corpora deſunctorum ante humationem latent non eſt improbandus, & eum morem fuiſſe in Gallijs reſert S. Gregorius Turonen. *in lib. de gloſſ. confeſſ. cap.*

73 104, & hodie nòdum improbat, ſed ꝑ cominendatur præcipuè in humatione cadaverum Episcoporum, quorum corpora à cubicularijs ipſorum deſunctorum aqua calida cum vino, & herbis odoriferis ſunt lavanda, & mundanda, & ſi ita hæredibus videbitur, poſ-

sunt etiam aperiri, & aromatibus condi, quo caſu eorum inteſtina ſtatim in eccleſia debent ſepeliri, *ut in Cerem. lib. 2, cap. 38, §, convocet.*

74 Maxima enim cura adhibebatur ꝑ in deſunctorum corporibus ſepeliendis, quoniam ungebantur, & myrrha, & aromatibus condiebantur, ut teſtatur S. Gregorius Papa *in cant. anno lib. 4, cap. 32, Genef. cap. 5,* & plures citat Malon. *in opere de ſacr. Synd. cap. 1, ſub num. 14.* & in eccleſijs occidentalibus, quæ fieri ſolita eſſent in unguendis, & veſtiendis deſunctorum corporibus, explicat Pruden. Hymno ſequenti.

*Hinc maxima cura ſepulcris,
Impenditur, hinc reſolutos
Honor ultimus accipit artus,
Et ſuneris ambitus ornat
Candore nitentia clava
Prætendere lintea nos eſt,
Aſperſaque myrrha Sabao
Corpus medicamine ſervat,
Quidnam ſibi ſaxa cavata
Quid pulchra volunt monumenta,
Res quod niſi creditur illis
Non mortua, ſed data ſomno.*

75 Extruebant etiam veteres ꝑ magnifica ſepulcra, ut teſtatur S. Io. Chriſoſt. *in humil. 79, in Ioan. cap. 17,* & hoc eſt notiſſimum fere in omnibus mundi partibus, & præcipuè in Urbe Romana, in qua, etiam modernis temporibus conſtruantur. Antiquis enim temporibus ſepeliebantur cadavera ꝑ extra civitatem, ut plurimum eccleſia extra civitates, & oppida ædificantur, ut etiam hodie per totam Italiam pluribus in locis conſpici poteſt, & corpora mortuorum in civitatibus tumulari prohibitum erat

Gggg de